



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

Dominica tertia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

mus cuilibet peracto operi virtutis sub-  
jungere verba Davidis : *Non nobis Do-  
mine! non nobis : Sed Nomini tuo da  
gloriam.* Pauca sunt : ne negligas.

## Dominica III. Quadragesimæ.

## EXHORTATIUNCULA I.

**Q**uid Magister Cœlestis docet in ho-  
dierno Evangelio ? audiamus : ver-  
ba sunt ista : *Qui non colligit mecum,  
dispersit . Et qui non est mecum , con-  
tra me est.* En ! recollectionem com-  
mendat animi , sine qua nulla pax , nulla  
mentis tranquillitas . Fili ! quid egimus  
toties in oculis Dei distracti ? toties va-  
gabundi ?

*Instructio meritoria.*

Claudamus oculos , & erit nobiscum  
Jesus. Deprecemur nostras distractio-  
nes & evagationes tempore orationis,  
meditationis toties admissas , & in satis-  
factionem *Rosarium dolorosum* clausis  
oculis , & expansis brachiis recitemus.  
State cogitationes ! Deus nos vocat.

II. Dæ-

## II.

**D**æmonium ejicit hodie Christus. Hoc & in nobis residet. Quomodo? per malitiosam voluntatem propriam, quæ peccatorum origo., criminum fomes, & omnium malorum incentivum. Sic S. Laur. Just. Surgamus, ad Jesum veniamus, & ut ab hac vipera nos liberet pessima

*Instructio meritoria.*

Hodiernam sacramentalem Communionem cum accurata temporis observatione offeramus, addentes Rythmum amoro sum: *Anima Christi sanctifica me.* Velle meum ô Deus! tolle, & datum.

## III.

**Q**ui relabitur in antiqua peccata, fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. Horrenda commonitio! Christus dedit. Et agere contraria, ac in pristinum vilitatis statum reverti non timamus? O temeritatem!

*Instructio meritoria.*

Propter relapsum, à R. Patre spirituali spe-



specialem quandam pœnitentiam satisfactoriam petamus, & recitando *Psalmos graduales* iterum Dei offensi mitigemus iram. Cadere humanum est: pœnitere, & satisfacere sanctorum.

## Dominica IV. Quadragesimæ.

## EXHORTATIUNCULA I.

**Q**uid ita necessarium ad profectum in virtute, quam libertas in spiritu? sine hac, fili! vivemus mancipia misera nostrarum passionum, inordinatorum appetituum, & internarum rebellionum. Non sic, ô fili! libertate filiorum Dei à Christo Jesu emptus est. Agnoscat dignitatem & non degeneret.

*Instructio meritoria.*

Libertatem adeò pretiosam ut eò certius desursum impetreret, invocet Spiritum S. & in Venerationem 12. fructuum Illius oret 12. *Pater & Ave* cum hymno: *Veni S. Spiritus.*

## II.

**Q**uinque panibūs, & paucis pisiculis saturata sunt quaque millia hominum.